



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Avla ... Thesavorvm Dei In Passione D. N. Iesv Christi
Effusorum ad Resvrrectionem Mvltorum**

Eyschen, Georg von

Coloniæ, 1656

§. 296. Et duritiam cordis. v. 14.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45533

190 RESURRECTIO DOMINI N. SECUNDUM MARCUM
derent, id S. Marcus expressit per exprobationem duritie, & praeceptum
de missione per orbem ad mundum docendum, & danda Sacra menta li-
litis, nam omnia haec tempore illo intermedio, quo surrexit & ascendit in
celos euenisse est certum.

O Deus inuisibilis, præsentissime, & absentissime qui te interdum in-
abit condit ut remotissimus esse videaris, interdum vero ita te produ-
ci ut te proximum & præsentissimum esse animaduertamus. Veni Domine
ad animam meam, tuaque dulci præsentia visita, ostende te mihi & reuel
hic per gratiam & postea per gloriam.

§. 295. Et exprobrauit incrudelitatem eorum. v. 14.

Inter cetera, quæ Dominus cum discipulis tractauit etiam illud sibi,
quod suammer ipsorum oculis incredulitatem exposuit, ut eam agnoscen-
tes, tanto adeum morbum in alijs curandum fierent aptiores.

Deus meus es tu, quia video quod ad fundum sanes morbos anima-
rum nostrarum, imo ipsos morbos nosti conuertere in bonum eorum
simil qui laborarunt, & aliorum, quanti fuerunt peccatores, & hi postea
ad peccatores conuertendos sunt adhibiti. sed haec est gratia tua vis, nos
peccati. Est tuum regale donum, non peccati proprium emolumenntum.

§. 296. Et duritiam cordis. v. 14.

Incredulitas magis viget in intellectu, Duritia in affectu. utrumque
malum in discipulis curare intendit, qui per iplos totum mundum incipie-
bat sanare.

Sana Domine, sana contritiones populi tuae. Etiam hodie sunt incredu-
li, sunt & duri, dignare Domine etiam illis exprobrare, id est conscienc-
ias eorum tangere, & dicere: Ecce hoc, ecce illud, quia sine te nihil est in
homine, nihil est innoxium.

§. 297. Quia his qui viderunt eum resurrexisse non credidrunt. v. 14.

Quinam sunt, quæ so, hi qui viderant eum resurgere? vtique illi qui
cum Domino de monumentis resuscitari exierunt, ac forte ipsa Beatissima
V. Maria cum sua sodali intima Magdalene nobili domicella, ex Matth.
28. capite. At resurrexisse plutes eum viderant. nimurum B. V. M. & dicti
Magdalene, & discipulie euntes in villam, & S. Petrus, & alia Maria Betha-
niensis stans ad sepulchrum & plorans. imo ipsi X. Apostoli primarij.

Deus meus fateor, quod non sit facile credendum cuilibet spiritui, sed
ramen quando credibilitatis evidenter signa adsunt, nolle credere, id
cerre est inhumanum, est durum, est exprobrandum. adiuua igitur Domini
ac omnes ut in neutrum impingant tui fideles.

§. 198.